



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrío, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Sectio XVIII. De Eucharistia morituris præbenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

## SECTIO XVIII.

## De Eucharistia morituris præbenda.

**C**onsuetudo multis locis est maleficis ad mortem dampnatis denegare viaticum corporis Domini; quæ consuetudo tolerari potest, propter Sacramenti reuerentiam illis locis: ubi post sententiam statim reus morti traditur. Locis alijs, ubi pridie sententia fertur, & postridie reus interficitur, etiam consuetudinem hanc admittit Nauarrus *b*. Sed omnino putarim, tunc reus præbendam communionem, nisi quid aliud oblit: nempe dum modo Catholici sint, & vere pœniteant, probatur hæc sententia iure Pontificio *i* & ciuili & DD auctoritate *l*. probatur & ratione, quia consulendum eius anima, cuius corpus traditur ad mortem: neque hoc est dare Sanctum canibus, pœnitens enim iam Deo amicus est, & non canis. Nec dedignatur Christus cum inuilers, pro quo mori dignatus fuit in cruce.

Item ad hoc requiritur, vt reus sit ieiunus, non enim idem obtinet in ægro morituro, & sano morituro, vt optime docet Nauarrus *m*. & vt tantum temporis inter supplicium & communem intercedat, vt species sacramentales sint verisimiliter consumptæ, ad quod nõ dubito, cum Nauarro *n*, quatuor horas iustificere, confessio sacramentalis numquam reo, ne immediate quidem ante mortem, deneganda: nõ õtra vnctio extrema reus nunquam concedenda *p*. Sæper autem cauendum ne post Eucharistiam, vel confessionem quilibet reu inuilsat, & inebrietur, vel alia fiant piã mortem & seriam pœnitentiam impediens: qua in re hic in Belgio & Germania superiore multum & frequenter peccatur.

## SECTIO XIX.

## An corpus sepeliendum?



Equenda in hoc regionis consuetudo, quoad illos, qui à Carnifice iuxta tenorem sententiæ sunt interfecti *q*.

Quoad alios, qui sententiæ executionem morte præuenerunt, notandum primo huius, (vt & heresis) excepti criminis naturam esse, vt morte nõ finiat sed contra mortuum procedi in eo possit: & in locis ubi bona confiscantur, potest etiam post mortem agi ad bonorum confiscationem: sed ubi talis consuetudo non est, saltem ad memoria damnationem: & corpus sepultum condemnatum posset exhumari, & ossa comburi. Qui durate reatu sibi mortem consciuerunt: nõ sunt sepeliendi Ecclesiastica sepultura, sed cadauer deberet à iudicibus in furcam agi. Si obijcias contrariam sententiam communioem, quoad vltimum membrum, nempe non posse iudices in corpus in carcere mortui seuire, illud suspendendo vel cremando, quia crimina & eorum pœna morte extinguuntur *u*. Respondeo, hanc rationem locum non habere, quando moriendo nouum crimen committitur, & ipsa mors crimen est: crimine enim nec crimen, nec criminis pœna potest extinguui. Hæc me causa impellit, vt à communi sententia recedam. Deinde plerique censuerunt & optime: in atrocioribus criminibus, rectius æquius esse adhuc cadauera puniri, cum grauissimo scelere, se debitæ pœnæ reus conatus fuit subtrahere: & consuetudo fere generalis, cõprobauit hæc praxim cadauera talium puniendi, ad aliorum necessarium exemplum *a*. Eos autem cõsanguineos & amicos, qui reus in carcere venenum

**B**

**C**

**D**

**E**

*q* Oomes  
to. 3. cap.  
14. nu. 8.  
Clar. §. vl.  
quæ. 100.  
num. 1.  
*r* Gomef.  
d. to. n. 3. c.  
1. num. 80.  
*s* Gomef.  
sup. & Cla.  
rus qu. 51.  
n. 14. Si-  
man. in  
prax. tit.  
62. & tit.  
56.  
*s* c. pla-  
cuit. 23. q.  
3. & l. bi  
gloss. &  
DD.

*a* Vide Cla-  
rũ d. 3. §. h.  
q. 51. n. 15.  
& Gomez  
sup. n. 71.  
& Menoc  
de arb.  
iud. cas.  
285.  
*a* late hæc  
ostendunt  
post i-  
gneum  
Fia. Mar-  
cũ & alios  
ipũ Com.  
& Clarus.  
locis di-  
ctis Co-  
lar. lib. 2.  
c. sol. ca. 1.  
Simanc. d.  
tit. 62.